



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Passionis Christi maximam esse potentiam: & ad solum hominem  
pertinere. Ivj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Ephes. 1.

tam acerbam unigeniti filij passionē ferre poterat: quomodo sol adspicere nequibat? Nimirum tu Deus, diues in misericordia, propter n. miam Charitatem tuam, quod dilexisti nos, cum essemus mortui peccatis, conuulsificasti nos uolebas in Christo: cuius gratia saluati sumus. quod factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. Et non est in alio aliquo salus.

Heb. 5.

Ago. 4.

Passionis Christi maximam esse potentiam: & ad id solum hominem pertinere.

CAP. LVI.

Bernard. ser.  
de Passione  
Domini.

Heb. 1.

Philip. 1.

**P**atet quia haec Passio potentissima est ad exheredandam Priendam omnium genera peccatorum. Sed quis scit, quomodo data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari non potuit. Nunquid angelo? Sed ille non eguit. Nunquid diabolo? Sed ille non resurgit. Denique non in similitudinem angelorum, sed in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus ut homo, exinanit semetipsum formam serui accipiens. Filius erat: & factus est tanquam seruus. Non solum formam serui accepit, ut scilicet esset: sed etiam mali serui, ut uapularer: & serui peccati, ut poenam solueret, cum culpam non haberet.

SENTENTIA S. SCRIPTURAE DE  
Passione & Morte Christi D.N.

SENTENTIA I. Esaiæ 53.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autè vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius tincti sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, & quisque